SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN

Melk, Mitte 15. Jh. (1445)

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Sta et viriliter age in fide. nec te commoveat persecucionis
austeritas. sed valeat et exultet spiritus in deo salu-
tari suo.
Cum sanctus Bernhardus quadam legacione a papa functus
ad civitatem Spirensem venisset. eique clerus
occurrisset. et salve regina ante chorum
coram ymagine beate virginis cantaret. ymago
dixit sibi gemiculanti aperte in gallico Bene
veneris bernharde. Quo audito pater ille
insiliente in ipsum spiritu leticie addidit illam
clausulam o clemens o pia o dulcis maria.
prius non habitam Vides autem predictus sanctus pater
qui maximo affectu ad fratres carthusienses affici-
ebatur. quod non posset esse unus ex eis sic hoc af-
fectabat. obsistente fructu laborum eius. qua
immo erat gratia perditorum trahendi ad conversionem eciam
discolos. ostensis sepe signis cum infirmis. cel-
lam in domo montis dei obtinuit. que adhuc
dicitur cella beati Bernhardi. in qua quiete secrecius
deo vacabat.
Legitur de quodam leproso quod cum quidam optulisset ei pec-
cuniam ut propter infirmitatem et senectutem eam servaret.
noluit accipere eam dicens Ecce lx annos habeo in infir-
mitate mea. et nunquam aliquid mihi defuit domino provi-
dente semper. et tu post tot annos venisti auferre mihi
procuratorem meum.